

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Der Litterarisch-gesellige Verein zu Oldenburg**

**Schwartz, August**

**Oldenburg [u.a.], 1889**


Titelblatt

**urn:nbn:de:gbv:45:1-5432**

Festlieder

zur

50jährigen Stiftungsfeier.







**Carmen semisaeculare**  
**Societati Litterariae Oldenburgensi dedicatum.**

- |  |   |
|--|---|
| <p>1. Gaudeamus igitur,<br/>Omnes Litterati!<br/>Denuo convenimus,<br/>Jubilaeum<sup>1)</sup> agimus<br/>Laeti et beati.</p> <p>2. Multi sunt, qui ante nos<br/>Socii fuere;<br/>Sunt locuti sapienter,<br/>Craterasque<sup>2)</sup> patienter<br/>Multas exhausere.</p> <p>3. Quem non juvat socios<br/>Meminisse tales!<br/>Weddrakobi lenitatem<br/>Et Nigelli comitatem<br/>Hojerique sales!</p> <p>4. Proh! beata tempora<br/>Illa tum fuere,<br/>Carmina cum Launii<br/>Nec non joca Moltcii<br/>Nos delectavere!</p> <p>5. Sed et nunc concordia<br/>Mansit amicorum.<br/>Vigent nobis litterae,<br/>Florent „Noctes Atticae“<br/>Hominum doctorum.</p> <p>6. Quisquis scholam habuit<sup>3)</sup>,<br/>Lauro sua gaudet<sup>4)</sup>:<br/>Nec bonorum auditorum<br/>Nec malorum irrisorum<br/>Ullus hic non plaudet.</p> | <p>7. Quamobrem convivium<br/>Floreat fraternum!<br/>Vigeat Praesidium,<br/>Vivat Oldenburgium<br/>Nostrum in aeternum!</p> <p>8. Pereat tristitia!<br/>Pereant morosi<br/>Litterarum contemptores,<br/>Pereant obtrectatores<br/>Barbari, odiosi!</p> <p>9. Vivant haec virgines!<br/>Vivant et uxores,<br/>Quae nos hodie protegunt<sup>5)</sup>.<br/>Placideque semper regunt!<br/>Floreant amores!</p> <p>10. Vivat noster Magnus Dux<br/>Justus et benignus,<br/>Litterarum qui patronus,<br/>Princeps fortis, fidus, bonus,<br/>Omni laude dignus!</p> <p>11. Vivat Guilelmus Rex,<br/>Pius Imperator,<br/>Dulce decus patriae.<br/>Laeta spes Germaniae,<br/>Pacis instaurator!</p> <p>12. Floreat Germania,<br/>Tot virorum nutrix,<br/>Patria carissima,<br/>Pulchra, amatissima<br/>Hostiumque victrix!</p> |
|--|---|

<sup>1)</sup> 50jähriges Stiftungsfejt. — <sup>2)</sup> sc. Punschbowlen. — <sup>3)</sup> einen Vortrag verbrochen hat. — <sup>4)</sup> ruht auf seinen Lorbeeren aus. — <sup>5)</sup> Ne iterum offendat Paulum quendam nimis doctum paenultima producta, conferat versus illos: „Maecenatum caritas, quae nos hic protegit“!

Ostirrodae, quae est Borussorum Orientalium,  
anno p. Chr. n. MDCCCLXXXIX. scriptum.

Dr. Schnippel.

